

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2889

Auteur(s) : Hugues de Montfort [particulier]

Bénéficiaire(s) : Le Bec-Hellouin, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1194

Action juridique : restitution

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues de Montfort rend aux religieux du Bec, l'église de Saint-Ymer que Robert, son père, leur avait ôtée ; il leur en garantit la donation.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bréard Charles, *Cartulaires de Saint-Ymer en Auge et Bricquebec, publiés avec notices*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard, 1908, n° XIII, p. 19-20.

Texte établi d'après a

Sciant presentes et futuri quod ego Hugo de Monteforti, pro salute anime mee et patris mei et matris mee et Roberti, fratris mei, et omnium antecessorum meorum, dono, concedo et hac presenti carta mea confirmo, in liberam et perpetuam eleemosinam, Deo et sancte Marie Becci et sancto Ymerio et monachis ibidem servientibus et servituris, ecclesiam sancti Ymerii cum capella et patronatu et decimis, universisque aliis ejusdem ecclesie pertinentiis, in proprios usus in perpetuum habendam libere, quiete et integre, quam Robertus de Monteforti, pater meus, iniquo circumventus concilio eisdem monachis abstulerat. Ita quod jam dicti monachi pro voluntate sua presbyterum in eadem instituant. Preterea quinquanginta solidos andegavensium quos domina Clementia, mater mea, annuatim de prepositura de Orbec recipiendos ad luminare ecclesie sancti Ymerii donavit : videlicet, ad Natale Domini XXV solidos et ad Nativitatem Sancti Johannis Baptistae XXV solidos. Nemo quoque quod Hugo Peisson sæpe dictis monachis vendidit juxta virgultum ipsorum ; teloneum etiam hominum ipsorum in perpetuum recipiendum et habendum ipsis concedo ; universasque alias donationes et eleemosinas quas ipsi monachi sancti Ymerii sive donatione vel emptione in feodo meo adepti sunt quatenus eas libere et quiete, integre et pacifice cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus hujus cartae meae patrocinio protecti et in perpetuum possideant. Pro hac autem donatione et concessionem recepi de caritate ecclesie sancti Ymerii XX libras andegavenses per manum Roberti de Cadomo tunc prioris ejusdem ecclesie. Acta sunt hæc Incarnationis Dominicæ, anno M.C.XC.IV ; anno scilicet quo Ricardus, rex Angliæ, de Alemannia reversus est. Coram iis testibus : Almarico de Spineto ; Gaufrido de Bettevilla et Ricardo, fratre ejus ; Rogerio de Candos ; Roberto de Vivra ; Ricardo, filio Landerici ; Gilberto de Caablo ; Hugone Madido ; Roberto de Valle ; Petro Rege ; Hugone de Parco ; Radulpho, senescallo ; Rogerio Ebroicensi ; Gillermo de Longolio ; Anschitillo Basso ; Hugone Parvo ; Ricardo de Putot ; Roberto de Camba ; Joanne Ostiaro.